ad me in toto corde suo. quia sicut ficus pessimę quę comedi non pos
sunt. eo quod sint malae; Haec dicit dns. sic dabo siue tradā
sedechiam regem iuda & principes eius. & reliquos de hieru
salem qui remanserunt in urbe hac. & qui habitant in terra
egypti & dabo eos in uexationem. afflictionēq;. siue disper
sionem omnib; regnis terrę. & in obprobrium. & in parabo
lam & in prouerbium. & in maledictionem. uniuersis locis
ad quę ieci eos. & mittā in eos gladium. & famem & pestem do
nec consumantur de terra quā dedi eis & patribus eorum; Du
os cophinos. siue calathos. bonarum & malarum ficorum.
quidem interpretantur in lege & in euangelio synago
gā & ecclesiā. iudaeorum populū & xpianorū. gehennā
& regnū caelorum; Quorum alterum ad supplicium p
tinet peccatorum. alterū ad scorum habitaculum. Sed nos
scientes iuxta apostolum paulum. legem bonā & scam. & mandatū
bonum & scm. & unum ee. utriusq; testamenta dm̄. uel ad eos magis
referamus qui in aduentu dni saluatoris crediderunt & non cre
diderunt. ut qui a scribis & sacerdotib; concitati clamauerunt di
centes; crucifige crucifige. tales sint calathus ficorum malorum.
qui uero post ascensionem eius de populo crediderunt. ad bonos ficos
& ad calathum cofinumq; optimū referantur; Simplicem autē
& ueram sequamur historiam. quod bonarum ficorum calathū
dixerit iechoniā. qui se hieremiae consilium & imperium di
tradiderat regi babylonio. cui & prospera dns pollicetur;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0240